LIBER V.

DE PENINSULA MERIDIONALI.

TRanſeamus nunc â Septẽtrionali ad peninſulam meridionalem. Hæc ſubjecta eſt duobus regnis. Namque latus orientale, quod ſe extendit â Maragnone, usque ad fl. Argenton, & vulgo Braſilia nuncupatur Portugalliæ: reliquum Caſtiliæ obedit.

CASTILLA dell' ORO.

POrtenditur â Nombre di Dio, & â Panama, usque ad ſinus Urantam & S. Michaelis: regio ſatis inculta: ejus tamen civitates præcipuæ ſunt: Nombre de Dios, & Panama: quarum illa ad mare del Nort: hæc ad mare del Sur ſita eſt: portus habet exportandis & importandis mercibus commodiſſimos.

SINUS di URABA, ſeu DARIVA

INde tranſitur in Cardajenam provinciam